

Fo. XXII.  
Summe Raymundi De iure rerum.

Primo possis hereditatem adire, tunc da filio meo. Nam ex concubinatu tamen Testator etiam potest suo heredi dare tutorum ad tempus iuris vel ultra et quod idem faciat rationem de sibi commissis, vel quod non faciat, et precipue quod inuentarium faciat. Est autem inuentarium littera continens omnia que ipse testator relinquit.

Inventariis qd.

Quae res non poterunt legari. Capitulum. XLVIII.

Si autem res testari et legari non poterunt, Ne quibus non est commertium; ut sunt res sacre: et que in rebus natura non sunt. Similiter ius precarium, et res que prohibita est alienari sub pena. Similiter res indivise et ius ad rem.

Quid sit legatum.

Capitulum. XLIX.

Legatum est donatio quedam a defuncto relicta ab herede praestanda. Quedam dico ad differentiam donationis inter viuos et donationem causa mortis a defuncto relicta. Quia viuo teste

Legatum qd

tore non tenet legatum, ab herede praestandam. Nam addita hereditate statim legari: qui est cui in testamento aliquid legatur: donec petere legatum ab herede et non per se occupare, alias caderet ab actione legati. Si vero legatarius petit legatum, et heres non praestat, vel si moreretur legatarius antequam heres adiret hereditatem, tunc legatum transmittitur ad heredem legatarii. Si autem legatarius prematur viuo testatore tecum desinit legatum nisi legatarius habeat sibi punctum vel substitutum.

Quantum testari possit. Capitulum. L.

Ex precipit liberis legitimis et naturalibus certam quantitate rerum testari: quasi de iure naturali eis debeat. Hoc modo.

Si quatuor sunt aut pauciores tertiam premio in hereditatum paternae hereditatis. Reliqua substantia tota stat in voluntate prius vissus. Quattuor autem infra dat natis iura trientem.

Semissim vero dant natis quinq[ue] vel ultra.

Arbitrium sequitur substantia cetera patris.

Et non immerito, quod ipse eas res elaborauit: ymmo si intestatus cederet. Adhuc anima sua preterea habebit. Et nota quod semissim vel trientem isti nati debent inter se dividere: ita quod nulla iniuria fiat: et in his legatis debet consuetudo provinciarum seruari. Sunt enim in diuersis regionibus diuerse consuetudines: Est tamen una consuetudo. Quod testator sanus metuerez eger corpore de rebus mobilibus liberis suis secundum suum velle disponit. Res autem immobiles equiter dividit inter se et suam uxorem: et cunctos liberos suos. Et

Vide diuersas  
consuetudines

## Liber Secundus

est bona consuetudo. Est et alia consuetudo. Que de cunctis rebus suis potest disponere: prout vult unius plus alterius minus. Vnde hoc alterius illud sic tamquam legittimos liberos non debet sine causa exhibendare. I. hereditate priuare. vel preterire. Si autem habet puberes filios illos et consensu debet de honestate adesse. Alia itaque est consuetudo. quod quis de rebus quod pueniunt ab aucto. vel a patre vel a matre liberis multis nihil testamentari disponere potest. De rebus vero pueritiae vel aduentitiae prout vult disponit. Est et alia mala consuetudo. quod testator languens corpe licet sit sanus mente bone rationis et mature deliberatis testamentum facere non possit. Quod est contra omnem iustitiam: quia in testamenis faciendis non requiritur validitas corporis: sed mentis sanitas et validitas rationis.

### De solenni testamento.

### Capitulum. LI.

In solenni testamento dicitur esse secundum leges septem testes viri honesti qui manibus suis se subscribant. vel sigilla sua appendant. Si in priuato et in simplici testamento requiruntur tres testes. secundum vero canones duo vel tres: et in hac parte legibus derogatur quod duo vel tres testes in omni testamento sufficiunt. Si autem sunt plures tanto melius honestius et manifestius. Sufficit tamen aliquis in testamento unum Sigillum principis vel ciuitatis pro corroboracione testamenti. Et si sigillum propinquorum possit in testamento haberetur utile et honestum. Si vero non tunc extraneorum Sigilla sufficiunt ad eius firmitatem.

### De testibus testatorum Capitulum. LII.

Alius potest esse testis in testamento exceptis illis qui testamētum facere non possint: ut supra versus. Testari nequeunt et ceteri exceptis mulieribus: quod propter fragilitatem sexus facilius corrumpuntur. et exceptis heredibus quos factum tagit. et qui partes habent in legatis. legatarij vero et fidei missarij. I. executores testes esse non possunt. quia iure dicuntur esse successores.

### Quare fiunt testamenta. Capitulum. LIII.

Testamenta fiunt. ne lites et controversie de hereditatibus a defuncto relictis post mortem testatoris oriantur: que tamquam frequenter fiunt:ymmo quādōque magne iniurie et homicidia ex illis sequuntur. Fiunt etiam testamenta pīs locis propter animarum salutem. Fiunt et uxoribus: propter coniugalem amorem. Fiunt filiis propter naturalem obligationem. Fiunt et propinquis propter sanguinis unionem. Fiunt pauperibus propter deum. Fiunt et famulis propter eorum obsequium et ceteris.